...s homines firma

...rtales pravitates

...etes fruetur.

...es sumus digni

...e sacris V os

...acere terrea. E

...esse polo. V os

...nis affatim et augmentum honoris
tribue pervenire feliciter. p. Co
Amen dico vobis quod vos qui. Cplcn.
Da quesumus domine fidelibus populis omnium
sanctorum tuorum semper veneratione
letari. et eorum perpetua supplicatione
muniri. p. Os Omnipotens deus scripsi
ut qui celestia alimenta percepimus.
intercedente beato cesario martire tuo.
per hec contra omnia adversa muni
amur. p. Claudii nycostrati x
Presta quesumus col Clamaverunt iusti
Omnipotens deus. ut qui gloriosos
martires tuos claudium nycostratum
symphorianum castorium atque sim...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-215747-p0002-8

Clariſſimo Viro

DVNCANO LIDDELIO SCOTO ARTIVM ET PHILOSO-phiæ M. in incluta Iulia profeſſori Mathematum primario amico meo veteri

de

SVMMO IN MEDICINA GRADV gratulabar

CORNELIVS MARTINVS Antuerpius
Profeſſor ibidem Logices publicus.

HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius Anno
M. D. XCVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-215747-p0003-4

O grata noſtræ Muſa puertiæ,
Seu tu querelas, ſiue dabas iocos,
Riſumq; ludumq; illecebras,
Quicquid erat; vacuam parumper
Pimplæa dulcis te mihi da, tuum
Nec tu clientem ſpernere ſuſtine,
O ſæpe mecum inhoſpitales
Per ſylüas, per iniqua teſqua,
Secuta ſortis ſæuitiem meæ;
Cum fulminantis magna Gouis manus,
Et paruolum & rudem laborum,
Nido ageret procul à paterno.
Quam ſæpe noſtras, leniter increpans,
Terſti natantes tum Dea pupulas!
Dum fata fortunamque triſtem,
Ferre doces animo expedito.
O diua, nam quæ vis ea, quæ fuit
Tanti poteſtas numinis? hinc ego
Et patriæ & chariſſimorum
Diſcidium tolerare doctus,
Veſtris amicus gaudeo fontibus,
Sitimque puro de ſapientiæ
Reſtinguere vſque & vſque riuo,
Non timido meditabar hauſtu.
Nec me paterni funditus eruti
Mouere lares milite Bœtico,
Nec vltimis auditus Indis,
Aduaticæ ſonitus ruinæ.
Noſti meorum conſcia vulnerum
Pimplæa, norunt Naïades ſacræ,
Quot occulit pater profunda
Varnus aqua, taciturnus amnis.

Quà læta ſulcat culta Aganippidum,
Et ſancta adorans littora, tardior
In proximam Balthen verendam
Canitiem ſenior recondit.
Hic corculis, queis eſſe datum fuit,
Me iunxeras Muſa, vnde ego doctior
Et cultior magis magiſque,
Inque diem inque diem redirem:
Luxere verè tum mihi candidi
Soles, Iuuentæ exempla tot aurea,
Tot floſculos beatiores,
Vranimis animis tenenti.
Quos vnus omnes inter & omnium
Duncanus inſtar, ſic caput exerit,
Vt orbe cum toto refulgens
Luna faces ſuperat minores.
Namq; ille pectus Socratico ampliter
Lautus meraco, de Sophies penu
Promebat aptus, vnde orexin
Mens auidam generoſa ſedet.
Iam tunc olentes allia ruſticos,
Glandesq; ramo deciduas putri,
Tu nauſeare me docebas
Muſa, probis abigenda menſis.
Et hauſtibus paſſim à triuio, ſitim
Dedoctus atra frangere nautea,
Sed limpidis innare riuis,
Sed vitreos bibere ore fontes,
DVNCANE veſtro me lateri aggrego
Arces DEORVM pridem animo igneas
Intranti, vt abditis Cybelles
Mille feris ſpoliis repoſta.

 Atq;

Atque ipſus inter tot iuuenes ſequor,
O LIDDELI inter tot iuuenes, tuæ
Virtutis arbitros ſtupendæ,
Cardine quo generoſus ardor
Ceſſet requirens: Iuppiter! Vt mihi
Mens tota raptis ſenſibus excidit!
Cum poſtibus reuulſa ſacris
Ianua labans, patefecit omnes
Naturæ abyſſos, quæ mihi, quæ meis
Oſtenſa nimium mira ſodalibus!
Vt tum datum eſt ingens profundum
Mente animi penetrare nobis!
Nam quidquid ingens regia cœlitum,
Domus Quiritum flammipotentium
Molitur, indicas, & orbes
Orbibus implicitos recenſens,
Stellasque ſtellis oppoſitas, truci
Vultúue amico, quid paret occidens
Naſcensq; ſydus, quid minaci
Mars oculo aut melior Dione.
Hinc exigis, rerum, haud vice ſimplici
Mutationes: tempora diuidis:
Hinc clauſa fatorum recludens,
Te inſeris ordinibus DEORVM.
Quin & capaci mentis in ambitu
Metiris ipſorum atria numinum,
Et partibus diſſectus orbis
Te haud capit, & capitur tibi omnis.
Natura vires obſtupuit ſuas,
Cum differentem te audijt, inferis
Vt mixta ſint vitæ neciſque
Semina corporibus perennia.

Quo terra mater florida, germinet
Potente niſu, ſæcla animantium;
Quot pinguibus laſciua campis
Multiplices animas ſatullant.
Quo magna Thetis ſeminio, genus
Latè propaget pinnipotentium,
Quid ſquammeæ gentis nepotes,
De tenero meditentur vngue.
Vel quî minaci murmure concrepet,
Cœlumque ſacris fulminet ignibus:
Fremenſue cur tellus quietem
Ferre neget, trepidante mundo.
Quin tempus ipſum frenduit & parum
Conſtare leges conqueritur ſuas,
Quod condita æterna quiete,
Mente tibi memori vſque viuant.
O magna cœli portio, congener
Tuis tibi aſtris ſpiritus, en quoque,
Ne quid niſi victum ſuperſit,
Mortis ouas ſpolijs opimis;
Trophæa figens de exuuijs ſacris
Morborum: it atro ſquallida ſanguine,
Poſt terga nodo vincta aheneo,
Tabificas (mala noſtra) palmas,
Peſtis; trementem pone videns febrim,
Et frigore acri quaſſa, caloribuſque
Ambuſta, vix dudum trahentem,
Ilia, quam Stygiæ cateruæ,
Phalange denſa ſubſequitur cohors,
Orci latrones non ſuperàbilis,
Qui clade mactarunt nefanda,
Millia tot miſerûm virorum.

Rudes

Rudes cathenarum, inſolitas mouent
Furoris vndas, aurea ſed ſalus
Seſe implicans tuis lacertis,
Vanum animum ſtomachumq́ue ridet.
Det quiſque pœnas (ſic meruit) tibi,
Totoque nullus ſe numero eximat,
Qui non tuis tortus flagellis,
Ingemat: attamen inter omnes
Ille Icterus mî pendeat ampliter,
Fur regij cognominis impudens,
Morbi ſcelus, q́uam pœne nigram
Perſephones mihi nuper aulam
Et iudicantem oſtenderat AEacum!
Niſi ſupremi prouida numinis
Te vindicem monſtraſſet acrem
Cura, tuis ſuperatus armis,
Repentè Cocyto in medio abdidit,
Flauumq́ue totis fluctibus obruit
Caput, trucem vt victoris iram,
Et meritas fugeret catenas;
Fruſtra; ecce vinctus, ſub iuga ducitur
Miſſus tua vi: ſume ſuperbiam
DVNCANE condignam, atque honorum
Cinge caput merita tiara.

FINIS.

AB 113 723

ULB Halle 3
002 387 581

TA→a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-215747-p0011-8

Uno et p̄hem-

...atur urbi inde

...ū uestemum.

turbas. offer

re Letamini.

fferunt. que p

...ta sunt honore

r salutaria te

unt. Per. ste seci

ie bti cesarii mr

s meritis benig

cantibus tuis non recusat ac

cepta. et nobis sacramenti redep

cionis efficiat. P. co Posuerūt mor.

Celestibus refecti sacramē cpl.

tis et gaudiis supplices te dne

deprecamur: ut quorum gliamur

triumphis pregamur auxiliis. P.

Theodori mr. Gloria et honor.

Deus qui nos bti theo col.

dori mris tui confessione glo

riosa circūdas et protegis: pste

nobis eius imitatione proficere

et oratione fulciri. P. epl. stetimo

militas. gra Beatus uir. Ewn.

5.

Clariſſimo Viro

DVNCANO LIDDELIO SCOTO ARTIVM ET PHILOSOphiæ M. in incluta Iulia profeſſori Mathematum primario amico meo veteri

de

SVMMO IN MEDICINA GRADV

gratulabar

CORNELIVS MARTINVS Antuerpius Profeſſor ibidem Logices publicus.

HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius Anno
M. D. XCVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-215747-p0013-9